

Band IV., Nr. 1173, Seite 242

Die Äbtissin und ihre Schwestern von Rottenmünster verleihen ihre Wiese genannt die Läppinswiese bei Rottweil dem Bürger Ber. Gierag daselbst gegen einen jährlichen Zins auf Lebenszeit.

Rottenmünster, 1251.

Notum sit omnibus presentibus et futuris, quod ego abbatissa de Rubeo Monasterio cum communi et benivolo sororum mearum consensu pratum nostrum, quod vulgo dicitur *Læppinswise* situm apud Rotwil, quod domina Gerhildis dicta Sivlcherin, cum habitum religionis apud nos assumpsit, nostro monasterio libere contulit et donavit, Ber. dicto Gieragio civi in Rotwil ad tempus vite sue concessi certo pro tributo videlicet quinque solidis denariorum, quos ipse Ber. in festo sancti Martini nobis quamdiu vixerit annuatim assignabit. Cum autem predictus Ber. viam universe carnis deo vocante ingressus fuerit, predictum pratum nostro conventui sine omni contradictione heredum suorum libere remanebit. Et ut hec firma permaneant, hoc scriptum fieri et sigillo nostro et etiam sigillo communitatis de Rotwil feci roborari.

 Acta sunt hec anno domini M^o. CC^o. L^o. I^o., indictione IX^a, in presentia testium subscriptorum, videlicet C. plebani de Trossingin, Ha. sacerdotis dicti de Imindingin, V̇lrici plebani de Augea¹, V̇l. dicti Moner, Ber. dicti Svndervesseli, Bilgeri, C. Sherer, Ha., C., Bern., C. et E., conversorum² predicti monasterii, aliorumque plurimorum.

 Datum apud Rubeum Monasterium, anno, indictione prescriptis.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 An weißen und grauen Zwirnfäden hängt ein spitzovales rotes Wachssiegel, worauf die stehende Figur einer Klosterfrau und die Umschrift: S . ABBA[TISS]E . DE . ROT[E]NMVNSTER (die E gerundet, das M und V verbunden). Vom zweiten Siegel sind nur noch die Zwirnfäden vorhanden.

¹Au, Vorstadt von Rottweil; vgl. Beschreibung des Oberamts Rottweil, hrsg. Von dem Königlichen statistisch-topographischen Bureau, Stuttgart 1875 (Beschreibung des Königreichs Württemberg, 56). [ND Magstadt 1972] S. 279.

²Über männliche Konversen bei Frauenklöstern vgl. Sammarthanus: Gallia christiana, Bd. 13, S. 848, und Hurter: Geschichte Papst Innozenz' III., Bd. 3, S. 528.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

B 494 U 414

Regesten:

Württembergische Geschichtsquellen, Bd. 3, S. 5, Nr. 23.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Rottenmünster

Aussteller:

Rottenmünster; Äbtissin Rottenmünster; Schwestern

Ortsindex:

Immendingen Wohnplatz (14094)
 Immendingen, TUT
 Rottenmünster Wohnplatz (12415)
 Rottenmünster, Rottweil, RW
 Rottweil Wohnplatz (12416)
 Rottweil, RW
 Trossingen Wohnplatz (14175)
 Trossingen, TUT